

in provinciali<sup>b)</sup> placito Colmiz hec controversia finem legitimum est sortita. Cum enim dictante sententia pro Cellensi cenobio, | quod sub nostro patronatu consistit, nos in iure nostro velle respondere audiret, iam sepe dicta matrona non admisit et ex hoc facto cause sue penitus | abrenuntiavit. Huius rei testes sunt: Bruningus abbas de Bûch et monachus eius Thomas, Bertoldus abbas de Pûzvwe et monachus suus Hermannvs, | Gûnzelinus decanus Misnensis et Cûnradus de Regensberg suus concanonicus, Hildebrandus capellanus noster, Vlricus scriptor noster, Meinherus prefectus | de Misna, Albertus prefectus de Aldenbûrg, Albertus prefectus de Dewin, Heinricus de Coldiz, Reinhardus de Strele, Sifridus de Weszeleswolde, Rv|degerus de Regensberg, Hermannus de Scûnenburg, Arnoldus, Hildebrandus, Theodericus fratres de Zbore, Fridericus Caraz et alii quam plures. | Ceterum in eodem loco et eodem tempore et sub eisdem testibus de conditione Gûntheri filii Sifridi de Weszeleswolde coram nobis contigit disceptari et eius libertatem per sententias comprobari, ubi tunc pater et filius in manum nostram fideliter pollicebantur, si cenobitas iam multociens nominatos in prediis Cagan, que ab eodem Sifrido comparaverunt,<sup>2)</sup> ab aliqua persona molestari contigerit, se pro illis sine omni contradictione fore, | quoad vixerint, responsuros. Ut igitur hoc factum nemo revocare valeat in irritum, cautionem inde conscribi et eam sigillo nostro roborari fecimus | cum astipulatione testium, quos pretaxavimus. Acta sunt hec in provinciali<sup>b)</sup> placito nostro Colmiz sub abbate Gerhardo anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo | vicesimo, indictione octava, VIII<sup>o</sup> kalendas septembris.

(SP.)

## 62.

***Papst Honorius III. befiehlt dem Bischof von Halberstadt sowie den Äbten von Walkenried und Volkenroda, das in der Streitsache zwischen dem Kloster Nienburg einerseits und dem Grafen H(einrich) von (Anhalt-)Ascharien andererseits ergangene Urteil, welches der ehemalige Bischof K(onrad) von Halberstadt und der Abt von Altzelle gefällt haben, durchzusetzen, während die durch den Erzbischof von Magdeburg inzwischen verfügte Absolution des exkommunizierten Grafen als ungültig zu betrachten ist.***

1220 September 3, Orvieto

Original: —

Register: Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 11, fol. 20rv, Nr. 98 (R).<sup>1)</sup>

Edition: Heinemann, CD Anhaltinus II, S. 35–37, Nr. 39 aus R = Krosigk, UB Familie v. Krosigk III/2, S. 220–222, Nr. 73; III/3, S. 280, Nr. 496 (Auszug).

2) Vgl. UB Altzelle I, Nr. 49.

62. 1) Zu Reg. Vat. 11, welches die Schreiben aus dem fünften und sechsten Pontifikatsjahr Honorius' III. enthält, vgl. Pressutti I, S. XLII; Giusti, Inventario, S. 7 und Gualdo, Sussidi, S. 159.